

781.

1284 d. 20 Jan.

Wisti.

MAGNUS JOHANSSON ENGELS Gåfvobref på Hognatorp till Biskopsbordet i Skara.

A. 3. z. 1: 15.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Magnus johans sun salutem  
 jn domino sempiternam, Tenore presencium, constare volumus presentibus &  
 futuris, Quod domino bryniulpho episcopo skarensi ceterisque successoribus  
 suis curiam nostram in hognathorp cum agris pratis piscariis & siluis & aliis  
 attinenciis omnibus intra sepes & extra prope & alonge positis mere & le-  
 galiter contulimus perpetuo possidendam, Jn cuius Rei testimonium sigillum  
 nostrum presentibus duximus apponendum Datum visti anno domini M°CC°-  
 LXXX° quarto jn die beatorum fabiani & sebastiani martirum.

Sigillet, något skadadt, hänger i en ur brefvet klippt remsa.

782.

1284 d. 22 Jan.

Wiby.

PETER CARLSSONS af Fånö Testamente af penningar till Sigtuna och andra kloster.

A. 3. g. 2: 8.

Jn nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Ego Petrus Karls  
 son de fanø in remissionem meorum peccaminum in extremis positus de bo-  
 nis mihi a deo concessis meum condo taliter testamentum. Jn primis Fra-  
 tribus predictoribus in siktonia apud quos eligo sepulturam confero octo  
 Marcas argentj. Fratribus minoribus in østraaros vnam Marcham denario-  
 rum. sororibus in sko vnam Marcam argentj. Fratribus in enecopia vnam  
 Marcam denariorum & Hospitali ibidem vnam Marcam denariorum Fratribus  
 in stocholm vnam Marcam denariorum Fratribus in Nicopia vnam Marcam  
 denariorum, Domino Johanni sacerdotj de Kalmar duas Marcas denario-  
 rum. Si quis autem hoc testamentum tam salubriter pro anima factum in-  
 fringere ausus fuerit aut cassare. iram omnipotentis Dei & beate uirginis  
 marie & beati dominici confessoris se nouerit incursum. Jn cuius rei te-  
 stimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum Wiby anno  
 dominj M°.CC°.LXXXIII°. XI° Kal. Februarii.

Sigillet finnes,

783.